# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 25.
Pagine 965-1020.

Dominica iij. quadragesime.
Ebdomada iij. quadragesime.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMIX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2009.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut gregorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

# [*Dominica tertia quadragesime.*]

1. 𝕬. ℭ Dominica tertia quadragesime tota dicitur hystoria. Feria 4. et 5. de festis ix. lectionum [David et Cedde],[1] omnia de communi unius confessoris et pontificis secundum usum Sarum.

Feria 6. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

2. 𝕬. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

3. 𝕬. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria : et festum sancti Gregorii differatur in crastinum. 2. vespere erunt de festo et solennis memoria de dominica.

Feria 5. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in 6. feria. Sabbato de sancto Edvvardo.

4. 𝕬. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. Ad 1. vesperas fiat memoria de sancto Edvvardo. 2. vespere erunt de sancto Cuthberto : et memoria de dominica.

In 5. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in 6. feria.

Sabbato de annunciatione, 2. vespere erunt de festo et solennis memoria de dominica.

5. 𝕬. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de festo [annunciationis][2] fiat solennis memoria de dominica. [*101r.*]

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

1. 𝕭. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria.

Feria 3. et 4. de festis ix. lectionum [David et Cedde],[3] omnia de communi unius confessoris et pontificis.

In 6. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

2. 𝕭. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in 6. feria. Et sabbato de sancto Gregorio 2. vespere erunt de festo et solennis memoria de dominica.

3. 𝕭. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de festo [S. Gregorii][4] fiat solennis memoria de dominica.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

4. 𝕭. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali et festum sancti Cuthberti differatur usque in 3. feriam.

Et in 5. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

5. 𝕭. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

1. 𝕮. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancto David : et memoria de dominica.

Feria 2. et 3. de festis ix. lectionum [David et Cedde],[5] omnia de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 6. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

2. 𝕮. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali et nichil de virgine[6] [Perpetua][7] nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.

In 4. Feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

3. 𝕮. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria.

In 4. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in 6. feria.

4. 𝕮. ℭ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria et festum sancti Benedicti differatur in crastinum.

Feria 6. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

5. 𝕮. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in 6. feria.[8]

1. 𝕯. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali et festum [Cathedre][9] sancti Petri differatur in crastinum.

Feria 6. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

2. 𝕯. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali et festum sancti David differatur usque in 3. feriam.

Feria 2. et 3. de festis ix. lectionum [Cedde et David],[10] omnia de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 6. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

3. 𝕯. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in sabbato.

4. 𝕯. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 3. dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in 5. feria.

5. 𝕯. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

In 5. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

1. 𝕰. ℭ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancto Mathia : et solennis memoria de dominica.

In 5. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia 2. in 6. feria.

Sabbato de sancto David ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.

In anno bissextili dicitur in 3. feria de sancto Mathia, et tunc feria 6. dicitur 1. responsorium feriale, et alia duo in sabbato.[11] [Et festum S. David differatur usque in 3. feriam hebdomade sequentis.][12] Et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipietur 1. 𝕯. pro littera dominicali et inchoetur ad 4.[13] dominicam xl.

2. 𝕰. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali, et festum S. Cedde differatur in crastinum et omnia de communi.

Feria 5. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

3. 𝕰. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 5. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

4. 𝕰. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

In 4. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

5. 𝕰. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 5. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

1. 𝕱. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali et festum S. Mathie differatur in crastinum. 2. vespere erunt de apostolo : et solennis memoria de dominica.

In 4. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in 5. feria.

Feria 6. et sabbato de festis ix. lectionum [David et Cedde],[14] omnia de communi unius confessoris et pontificis.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 2. feria.[15] Et tunc ab hac die usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipietur 1. 𝕰. et inchoetur ad 4. dominicam xl.

2. 𝕱. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Et in 4. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

3. 𝕱. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. [Ad primas vesperas fiat memoria de S. Cedda. *Portif.* 1525-6.][16]

Feria 5. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

4. 𝕱. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 6. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

5. 𝕱. ¶ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de annunciatione et solennis memoria de dominica.

Feria 5. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

1. 𝕲. ¶ Dominica 3. xl. tota dicitur hystoria.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

Feria 5. et 6. de festis ix. lectionum [David et Cedde].[17] Omnia de communi

unius confessoris et pontificis.

2. 𝕲. ℂ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

Feria 4. dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

3. 𝕲. ℂ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de festo [S. Gregorii].[18] Cap. *Ecce Sacérdos.* et solennis memoria de dominica.

In 5. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

4. 𝕲. ℂ Dominica 3. xl. de servitio dominicali.

In 6. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

Feria 2. de sancto Edvvardo. Ad 1. vesperas fiat solennis memoria de dominica. Cap. *Beátus vir qui in sapiéntia.*

5. 𝕲. ℂ Dominica 3. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de annunciatione et solennis memoria de dominica.

In 5. feria dicitur 1. ℟. feriale et alia duo in sabbato.

# ¶ *Dominica iij. xl.*

## *Ad [j.] vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. [352].
*Ps.* Ipsum. (*cxliij.*) [352].

*Capitulum.* (*Ephes. v.* [1.])

EStóte imitatóres Dei sicut fílii charíssimi, et ambuláte in dilectióne sicut et Christus diléxit nos : et trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

AS:169; 1519:162r; 1531:101r.[19]





Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to. †Per quem.

HS:37v; 1519:162v; 1531:101r.[20]

sar0817. Hymn. III.



EC- ce tempus i-dóne-um, * Me-di-cí-na peccámmi-



num : Qui-bus De-um offéndi-mus, Corde, verbis, opé-ri-



bus. 2. Qui pi- us ac pro-pí-ti- us, No-bis pe-pércit hácte-nus :



Ne nos cum nostris pérde-ret, Tantis i-niqui-tá-ti-bus.



3. Hunc í-gi-tur je-jú-ni- is, Cum pré-ci-bus et láchrimis :



Mul-tísque bo-nis á-li- is, Pla-cémus de-vo-tíssi-mi.



4. Ut nos a cunctis sórdi-bus, Purgans ornet virtú-ti-bus :



Angé-li-cis et cé-ti-bus, Conjúngat in ce-lésti-bus.



5. Sit be-ne-díctus Gé-ni-tor, E-júsque Uni-gé-ni-tus : Cum



Spí-ri-tu Pa-rá-cli- to, Tri-nus et u-nus Dómi-nus. A- men.

℣. Angelis suis [Deus mandávit de te].[21] 861.

AS:170; 1519:162v; 1531:101r.

Ant. VII.vii.



DE-dit pa-ter * pe-ni-ténti fí-li- o sto-lam primam 2136.



pá-ri- ter et ánnu-lum : nam et cal-ci- amén- ta il-li trí-bu-



ens ce-lebrá-vit mag-num conví-vi- um : ha-bémus sto-lam



pri- mam in la-vácro et ánnu-lum fí-de- i signá-cu-lum.



*Ps.* Magníficat. 67*.

*Oratio.*

QUésumus omnípotens Deus vota humílium réspice : atque ad defensiónem nostram, déxteram tue majestátis exténde. Per Dóminum nostrum Jesum.

## ❡ *Ad completorium.*

AS:150; 1519:146r; 1531:88r, 101r; 1531-P:44v.

sar0114. Ant. VI.









*Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [362].

*Cap.* Tu in nobis. [364].
℟. In pace. [376].
*Hymnus.* Christe qui lux. [377].
℣. Custódi nos [Dómine].[22] [367].

AS:170; 1519:163r; 1531:101r.[23]

3732.




3732b.

3732z.

3732y.




[*101v.*]




*usque ad finem antiphone.*

*Hec predicta antiphona dicitur super psalmum* Nunc dimíttis. *per xv. dies : ℣. vero non dicuntur nisi in sabbatis et in dominicis et in festis ix. lectionum et tunc primus et tertius ℣. a singulis clericis ex parte chori dicuntur, secundus vero ℣. ex alia parte chori a solo clerico dicitur. Ita tamen quod in sabbatis dicuntur in superiori gradu : [dicantur ad primum completorium]*[24] *et in dominicis in secunda forma. Similiter fiat in festis ix. lectionum. In festis autem duplicibus ad utrumque completorium in superiori gradu dicantur : loco nec habitu mutato.*

[*Cum vero cantentur ℣. precedentis antiphone* Média vita. *vel subsequentis antiphone* O rex glorióse. *semper antiphona sit reincepta post psalmum queratur ℣. a cantore videlicet in simplicibus festis, duo rectores chori versus pariter querant. In festis autem duplicibus duo principales rectores.*][25]

## ❙ *Ad matutinas.*

AS:171; 1519:163v; 1531:101v.[26]

Invit.
V.

1087.






[*Et terminetur sic primus, tercius et quintus versus.*




*Secundus, quartus et sextus versus sic finientur.*[27]




HS:38v; 1519:164r; 1531:101v.[28]

Hymn. II.



8282.















## ℂ *In primo nocturno.*

*Ant.* Servíte. [12].

*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

℣. Dicet Dómino. 868.

ℂ *Hac die in primo nocturno et quotidie per ebdomadam legantur lectiones de Joseph usque ad finem Genesis, quando de temporali agitur.*

*Lectio prima.* (*Gen. xxxvij.* [2.])

JOseph cum sédecim[29] esset annórum, pascébat gregem cum frátribus suis adhuc puer : et erat cum fíliis Bale et Zelphe uxórum patris sui. Accusavítque fratres suos apud patrem : crímine péssimo. Israel autem diligébat Joseph super omnes fílios suos, eo quod in senectúte genuísset eum : fecítque ei túnicam polimítam. Vidéntes autem fratres ejus quod a patre plus cunctis fíliis amarétur : óderant eum, nec póterant ei quicquam pacífice loqui.

AS:171; 1519:164r; 1531:101v.[30]

1. Resp. VIII.





pa-cí-fi-ce lo-qui : unde et di-cé- bant. †Ec- ce.

*Lectio ij.* [*Gen. xxxvij.* 5.]

ACcidit quoque ut visum sómnium reférret frátribus suis : que causa majóris ódii seminárium fuit. Dixítque ad eos, Audíte sómnium meum quod vidi. Putábam nos ligáre manípulos in agro, et quasi consúrgere manípulum meum et stare : vestrósque manípulos circunstántes adoráre manípulum meum. Respondérunt fratres ejus, Nunquid rex noster eris, aut subjiciémur ditióni tue ? Hec ergo causa somniórum atque sermónum : invídie et ódii fómitem ministrávit.

AS:171; 1519:164v; 1531:101v.[31]

6477. 2. Resp. VII.



DI-xit Ju- das * frá- tri-bus su- is, Ecce



Isma- e-lí-te trán- se-unt : ve-ní- te ve-nundé-



tur et ma-nus nos- tre non pollu- ántur. †Ca-ro

6477a.



e- nim et fra- ter noster est. ℣. Cunque a-bísset



Ru-ben ad pú-te-um et non inve-nísset e- um, scis-sis vés-



ti- bus pergénsque ad fra-tres a- it, Pu- er non com-



pá-ret : et e- go quo i- bo ? †Ca-ro.

*Lectio tertia.* [*Gen. xxxvij.* 9.]

ALiud quoque vidit sómnium : quod narrans frátribus, ait, Vidi per sómnium quasi solem et lunam et stellas úndecim : adoráre me. Quod cum patri suo et frátribus retulísset : increpávit eum pater, et dixit, Quid sibi vult hoc sómnium fili quod vidísti ? Nunquid ego et mater tua et fratres tui adorábimus te super terram ? Invidébant ígitur ei fratres sui : pater vero rem tácitus considerábat. Cunque fratres illíus in pascéndis grégibus patris moraréntur in Sichem : dixit ad eum Israel, Fratres tui pascunt oves in Síchimis : veni mittam te ad eos. Quo respondénte, Presto sum : ait, Vade et vide si ómnia próspera sint erga fratres tuos et pécora : et renúncia michi quid agátur. Missus de valle Ebron : venit in Sichem. Invenítque eum vir errántem in agro : et interrogávit eum quid queréret. At ille respóndit, Fratres meos quero : índica michi ubi pascunt greges. Dixítque ei vir, Recessérunt de loco isto : audívi eos dicéntes, eámus in Dóthaim. Tu autem.

AS:172; 1519:164v; 1531:101v.[32]

3. Resp. VI.



7858.

VI- dens Ja-cob * vestiménta Jo-seph


sci- dit vestiménta su- a cum fle- tu et dix- it.
†Fe-ra péssi-ma de-vo-rá- vit fí-li- um me- um Jo-
7858b. seph. ℣. Congre-gá-tis autem cunctis lí-be-ris e-jus
ut de-li-ní-rent do-ló-rem pa- tris : nó-lu- it e-os audí-re,
sed dix-it. †Fe-ra. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et
Spi-rí- tu- i Sancto. †Fe-ra.
Alius versus per ebdomadam.
7858a. ℣. Vi-de si tú-ni-ca fí-li- i tu- i sit an non, et cum
[102r.] vi-dísset pa-ter a- it. †Fe-ra. ℣. Gló- ri- a. 94*.




## ℂ In ij. nocturno.

*Ant.* Bonórum. [25].
*Ps.* Consérva. (*xv.*) [25].
℣. Ipse liberávit me. 872.

*Medie Lectiones de sermone beati Johannis episcopi.*[33]
*Lectio iiij.*[34]

MIttitur a patre Jacob sanctíssimo Joseph sanctus ad fratres, qui salútem patris ad illos, et ipsórum ad patrem reférret, ut inter abséntes médius utriúsque salútis núncius extitísset : ut quod de semetípsis abséntes scire non póterant, Joseph referénte cognóscerent, et disjúnctos hujus relátio júngeret, quos locórum divérsitas separábat. Quem cum veniéntem de longe conspícerent : ecce (ínquiunt) ecce somniátor ille. Veníte ítaque et occidámus illum : et videámus quid porténtant illi sómnia ejus. O nephánda rábies iniquórum. Non licet Joseph non licet inquam impunítum esse quod bonus est : non licet meliórem tutum[35] esse cum malis, et quasi invídi áliquid perdant, aut dispéndium alícujus rei incúrrant. Sic bonórum vita detriméntum est pessimórum, zelant mansuétum invídi, modéstum supérbi, probum impróbi : mitem túmidi inimíca emulatióne lacéscunt.[36] Pátitur Joseph sanctus ínnocens vite invídiam : et émulos in se fratres sancta éxcitat vita. Bonum mali vidére non possunt. Dénique veniéntem ad se lácerant, séviunt, necáre féstinant. Nolunt meliórem vívere : ne degéneres ipsi possent impropéria sustinére. Cur innocéntem zelas, inimíca fratérnitas ? Cur invídes bono ? Cur pati símplicem non potes ? Cur modéstum persequéris ? Cur probum non díligis ? Cur rea innocéntis sánguinis inveníris ? Saltem distráctus aliquátenus vivat : ne in te accusátor ínnocens sanguis ut Cayn aliquándo exístat. Serva tibi serva inimíca fratérnitas vivum : quem séntias aliquándo placátum. Serva incólumem : quem necessitátis témpore invénias provisórem. Fórsitan

enim advéniet tempus : quo eum servum fecísse peníteat, parricídium non perpetrásse collíbeat. Lévius crimen est sanctum servitúti addúci : grávius nichil est innocéntem ánimam juguláre. In servo quod curétur invénies : in parricídio non repéries quod excúses. Multis próvides, si istum distráxeris : tibi nocúeris, si innocéntem ánimam juguláveris.

AS:173; 1519:165r; 1531:102r.[37]

4. Resp. V.

7037.

7037a.



*Lectio quinta.*

DIstráhitur ígitur Joseph sanctus in Egýptum : acceptúrus totíus províncie dominátum. Venundátur in servum, in fámulum addúcitur : in innocéntem fratérna crudélitas operátur. Súscipit servitútis notam : quem Dóminus preparábat ad glóriam. Humiliátur ad tempus : imminénti témpore regnatúrus. Minístrat ut servus : ut fámulus paret. Doméstica complet offícia, nec obsequéndo deest in áliquo : ut humilitáte percíperet quicquid illi ingénue mentis glória prestitísset. Adeo tantum sublimátur in domum, tantum fámulis cunctis prefértur, tantum a servis ómnibus honorátur : ut quantum ei Dóminus, tantum ipse famílie imperáret. Fit rector et prepósitus domus, fit cunctis ímperans solus : fit doméstice cure aptíssimus. Sed his prósperis celésti dono concéssis : tentátio inimíca non défuit. Pudícum júvenem matróna áppetit impudíca, ut diábolus qui in ejus necem fratres armáverat : contra eum armáret et féminam. Sed tam hec Dei judício concídit : quam fratres Deus ab ejus parricídio separávit. Deínde solum sola aggréditur : et cum casto púero incésta múlier fabulátur. Tandem (inquit) querens optátum tempus invéni : ad cupiditátem voluptátis implénde aptíssimum siléntium réperi. Nullus inter nos árbiter testis exístit, nec marítus réperit, nec família recognóscit : nec áliquis de extérnis intervénit. Inter nos solúmmodo causa est : nullus potest exístere qui possit quod gérimus indicáre. Fac queso quod peto, exple ánimum cupiéntem ut posco : desiderántis preces ne aspernéris exóro. Ego te munéribus ónerem, ego te maríto comméndem : ego te libertáte condónem. Nec quisquam michi te cárior póterit inveníri : si michi quod desídero contígerit adipísci. Frustra (inquit Joseph) frustra níteris, inimíca tentátio : frustra me innocéntem áppetis, frustra castíssimo michi lascívie verba immíttis. Ego enim quod lóqueris fúgio : quod queris nolo, quod desíderas perhorrésco. Solum métuo in celéstibus Deum : cujus disciplínam servo, integritátem díligo, castitátem custódio. Si enim domus vestre totam potestátem accépi, si nichil michi preter te meus dóminus denegávit : quómodo fáciam istud quod dicis, ut dominatórem Deum, et patrónum tam liberálem offéndam ? Nam si in me per mendácium crimen convérteris, et quod nolo me voluísse deféndaris : Dei erit

liberáre, quem in presénti desídero | non offéndere.

AS:173; 1519:165v; 1531:102v.[38]

7144.




7144a.

*Lectio vj.*

IGitur postquam Joseph mulíeris blandiéntis illécebras, et serpentíni oris collóquia aspernátus réspuit : deténtus ab eádem, relíctis véstibus fugit. Que cum se publicátam conspíceret, vociferáta clamávit, et fácinus quod viciósa mente concéperat, in innocéntem ipsa convértit : et eum voluísse quod ipsa non pótuit, accusávit. Fugit ígitur Joseph, fugit inquam nudus : pudicícia et castitáte vestítus. Fugit relíctis véstibus : innocéntia qua vícerat tectus. Et cui impudíca múlier induménta detráxerat : eum sánctitas ipsa tegébat. Habe, detestánda múlier vestiménta que tenes : habe exúvias quas in arguméntum defensiónis false tulísti, habe apud te testimónium pudíci victóris. Confinge falsa, calúmnias necte, maríto persuáde : consciéntiam tuam non fallis, qua superátam te ab innocénte cognóscis. Letabátur intérea Joseph pudicítie perfecísse bellum : peregísse castitátis prélium, pugnam innocéntie superásse. In qua pugna lascívia víncitur : calcátur petulántia. Omnis impudicítia detruncátur, triúmphat cástitas : intégritas gaudet, victrix innocéntia colletátur. Sed postquam máritus ádvenit : detestánda múlier quam libído nuper in perníciem innocéntis accénderat, in ejus mox accusatiónem exúrgit. Gestábat namque in fácie tetérrima múlier dúbios et ancípites vultus, et altérna colóris inténtio rubor pallóri commíxtus, divérsos mentis estus verbis treméntibus preferébat : ut vidéres et consciéntiam victi facinóris aperíri, et innocénti accusatiónem rápido furóre aptári. En (inquit) quem nobis servum intúleras, en cui univérsam domum et ómnia tua gubernánda credíderas : hic mei pudóris latro, hic pudicítie hostis, hic castitátis éxtitit predo. Quem vix luctándo éxpuli : vociferándo cavi, pugnándo devíci. Putávit me quoque sibi negándam non esse : cui totum quicquid póssides tradidísti. Tunc marítus fúrias in se incéste transfert mulíeris : tunc inflammátur insánia, tunc sevítia excitátur. Vix ab injúria ábstinet manus, vix sese regit, vix cóhibet : meditátur conveniéntia scéleri tanto supplícia. Obtinet apud eum fálsitas, véritas prémitur : in custódiam ínnocens quia reus esse nóluit religátur. Cur in innocéntem grassáris, importúna tentátio ? Cur áppetis justum ? Cur sanctum perséqueris ? Joseph enim innocéntia reus est non culpa : castitáte non adultério offéndit. Custodíti pudóris : non violáti hostis est. Vim passus est

ipse non fecit, injúriam accépit : non irrogávit : peccávit quia peccáre nóluit, non quia peccávit. Quinímmo penam méruit, quia peccáre pertímuit : et licet in cárcere justus conjiciátur in víncula, in custódiam religétur, injúria injuriósi est, non innocéntis, pena ledéntis est, non lesi. Supplícium si mérui pátior : si non mérui, ille pátitur qui irrogávit. Reum peccátum non pena cástigat, spectat suum supplícium : qui quod pátitur non merétur. Sine pena torquétur : qui ínterim quod merétur non pátitur. Adeo torméntum quod írrogas
[*103r.*] páteris, quod tríbuis sentis : quod infers ipse torquéris. Nec ulla tibi solátia potérunt subveníre : nisi justum a pena volúeris revocáre. Intérea Joseph in cárcerem tráditur, in custódia religátur : exúltat et gaudet. Exúltat inquam victor et liber, exúltat domésticam calcásse calúmniam : exúltat pudicítie obtinuísse victóriam. Licet in cárcere morári illésum : quem lascíva múlier fécerat reum. Licet[39] hic sine perículo deversári : quod apud suos non lícuit domi. Fit Joseph in custódia tutus : in cárceris loco secúrus. Domi eum calúmnia nonnúnquam aptátur : in custódia innocénti secúritas invenítur. In cárcere enim nullus appétitur : nullus aliéno crímine onerátur. Innocens illic tempus expéctat, reus judícium : nec aliéna quemquam opprímunt crímina, quia nec bona malis nec mala bonis deputántur aliéna. Intróiit custódiam Joseph sanctíssimus visitátor, magis quam reus, provísor, non sócius, médicus, non egrótus. Adeo fit cunctórum prepósitus, fit próvidens ómnibus solus : fit in reórum solátium procurátus. Gaude innocéntia et exúlta. Gaude inquam quia ubíque illésa es : ubíque secúra. Si tentáris próficis, si humiliáris, erígeris : si pugnas vincis, si occíderis coronáris. Tu in servitúte líbera es : in perículo tuta, in custódia leta. Tibi omnis reátus addícitur : tibi univérsa subjugántur. Te poténtes honórant : suscípiunt príncipes, magnátes exquírunt : étiam illi te nonnúnquam desíderant, qui impúgnant. Tibi boni parent : mali ínvident, zelant émuli : inimíci succúmbunt. Nec unquam póteris victrix non esse : étiam si inter hómines judex justus defúerit. Tu autem.

AS:173; 1519:165v; 1531:103r.[40]

6479. 6. Resp. VIII.




6479a.

## ℂ *In iij. nocturno.*

*Ant.* Precéptum. [34].
*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].
℣. Scápulis suis. 876.

[*Evangelium*][41] *Secundum Lucam xj.* [14.]

[*Lectio vij.*]



IN illo témpore, Erat Jesus ejíciens demónium, et illud erat mutum. Et cum ejecísset demónium : locútus est mutus, et admiráte sunt turbe. Et réliqua.

*Sermo*[42] *ex commentario venerabilis Bede presbyteri.*
(*Super Lucam* Lib. 4. *in principio.*)[43]

DEmoníacus iste apud Mathéum non solum mutus : sed et cecus fuísse narrátur. Curatúsque dícitur a Dómino : ita ut loquerétur et víde.ret. Tria generália signa : simul in uno hómine perpetráta sunt. Cecus videt, mutus lóquitur : posséssus a demóne liberátur. Quod et tunc quidem carnáliter factum est : sed et quotídie complétur in conversióne credéntium, ut expúlso primum demóne, fídei lumen aspíciant, deínde ad laudes Dei tacéntia prius ora laxéntur. Quidam autem ex eis dixérunt, In Beélzebub príncipe demoniórum : éjicit demónia. Non hoc áliqui de turba, sed Phariséi calumniabántur et scribe : sicut álii evangelíste testántur. Tu autem.

AS:174; 1519:166r; 1531:103r.[44]

7146. 7. Resp. VIII.






7146a.

*Lectio octava.*

TUrbis quippe (que minus erudíte videbántur) Dómini semper facta mirántibus, illi contra vel negáre hec, que vel[45] negáre nequíverant, sinístra interpretatióne pervértere tentábant : quasi hec non divinitátis sed immúndi spíritus ópera fuíssent, id est Beélzebub qui deus erat Acharon.[46] Nam beel quidem ipse est baal : zebub autem musca vocátur. Nec juxta quedam mendósa exemplária, vel, l. littera, vel, d. in fine nóminis est scribénda : sed, b. Beélzebub ergo baal muscárum, id est vir muscárum : sive habens muscas, interpretátur. Ob sordes vidélicet immolatícii cruóris : ex cujus spurcíssimo ritu vel nómine príncipem demoniórum cognominábant. Tu autem.

AS:175; 1519:166v; 1531:103r.[47]

7769.




7769b.




*Lectio nona.*

ET álii tentántes : signum de celo querébant ab eo. Vel in morem Helýe ignem de sublími veníre cupiébant : vel in similitúdinem [*103v.*] Samuélis éstivo témpore, mugíre tonítrua, choruscáre fúlgura, imbres rúere, quasi non possent et illa calumniári et dícere, ex occúltis et váriis áeris passiónibus accidísse. At tu qui calumniáris ea que óculis vides, manu tenes, utilitáte sentis : quid fácies de hisque de celo vénerint ? Utique respondébis : Et magos in Egýpto multa signa fecísse de celo. Ipse autem ut vidit cogitatiónes eórum : dixit eis, Omne regnum in seípsum divísum desolábitur : et domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitáta respóndit : ut vel sic compelleréntur crédere poténcie ejus, qui cordis vidébat occúlta. Tu.

AS:175; 1519:166v; 1531:103v.[48]

9. Resp. I.




7102.

7102a.



nus ante vos. ℣. E-le-va-vítque vo-cem cum fle-



tu : quam audi- é- runt Egýpti- i omnísque domus pha-ra-



ó- nis : et dix-it frá- tri-bus su- is.

†Pax vobis. ℣. Glória. 93*. ‡Pro.

*Ferialia responsoria.*

AS:175; 1519:167r; 1531:103v.[49]

6999. Resp. VII.



IS- te est * fra-ter vester mí- nimus de quo



di-xe-rá-tis mi- chi, De- us mi-se-re- á-tur tu- i



fi- li mi. †Festi-na-vít- que in do- mum et plo-



rá- vit. ‡Qui- a e-rumpé-bant lá-chry- me et non


pó- te- rat se con- ti-né- re. ℣. Attól- lens autem
6999a.
Jo-seph ó-cu-los vi-dit Bén-ja- min stantem, commó-ta
sunt ómni- a vísce-ra e- jus su-per fra-trem su-
um. †Festi-na-vít- que.
℣. Glória. 95*. ‡Quia.
AS:176; 1519:167v; 1531:103v.[50]
Resp. VII.
6476.
D I- xit Jo-seph * únde-cim frá- tri- bus, Ego
sum Jo-seph quem vendi-dí- stis in E- gýp-
tum, adhuc vi-vit pa-ter noster sé-ni- or de quo di-xe-
rá-tis mi- chi ? †I-te, addú-ci-te e-um ad me :

6476a.




℣. Glória. 95*. †Ite.

AS:176; 1519:167v; 1531:103v.[51]

7251.





‡Va-dam et vi-débo e- um án-tequam mó-ri- ar.

 7251a.

℣. Cunque audísset Ja-cob quod fí-li- us su- us ví-ve-



ret : qua- si de gra-vi somno e-ví- gi- lans a- it.

†Sufficit michi. ℣. Glória. 95*. ‡Vadam.

[*Ante laudes.*]

℣. Ipse liberávit me. 872.

## ℭ *In laudibus.*

AS:177; 1519:168r; 1531:103v.[52]

1. Ant. III.v.

 2829.

FAc be-nígne * in bo-na vo-luntá-te tu- a : ut e-di-fi-



céntur Dómi-ne mu-ri Hie-rú-sa-lem. *Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS:177; 1519:168r; 1531:103v.

2417. 2. Ant. VIII.i.



DO- mi-nus * michi ad-jú-tor est : non timébo



quid fá-ci- at michi homo. *Ps.* Confitémini. (*cxvij.*) [95].

AS:177; 1519:168r; 1531:103v.[53]

3. Ant. VIII.i.



2177. DE- us * mi-se-re- á-tur nostri : et be-ne-dí-cat no-bis.



*Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:177; 1519:168r; 1531:103v.[54]

4. Ant. I.iv.



5424. VIm virtú-tis * su- e oblí-tus est ignis : ut pú-



e-ri tu- i li-be-ra-réntur il-lé-si. *Ps.* Benedícite. (*Daniel. iij.*) [48].

AS:177; 1519:168v; 1531:103v.

5. Ant. I.iii.



SOl et lu-na * laudá-te De-um : qui- a ex-al-tá- 4977.



tum est nomen e-jus so-lí- us. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.-cl.*) [49].

*Capitulum.* Estóte [imitatóres Dei. *&c. ut supra*].[55] 969.

HS:39v; 1519:168v; 1531:103v.[56]

Hymn. IV. 8332.






℣. Scuto circúndabit [te véritas ejus].[57] 884.

AS:178; 1519:168v; 1531:103v.[58]

Ant. I.i. sar0068.







*Oratio.* Quésumus omnípotens Deus. [*&c. ut supra.*][59] 972.

## ℂ *Ad j.*

AS:178; 1519:168v; 1531:103v.[60]

Ant. III.iv. 4898.







réspice. (*xxj.*) [91].

## ℂ *Ad iij.*

AS:178; 1519:169r; 1531:103v.[61]

2456. Ant. III.iv.






(*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Estóte [imitatóres. *ut supra.*][62] 969.

AS:178; 1519:169r; 1531:103v.[63]

6257. Resp. II.




*Chorus prosequatur totum.*







*Clericus dicat.*

6257b.









℣. Glória. 93*. Bonum [michi Dómine].

℣. Dicet Dómino. 868.

## ℭ *Ad vj.*

AS:178; 1519:169r; 1531:103v.

Ant. I.v.



QUi non cól-li-git * me-cum dispérgit : et qui non 4486.



est me-cum contra me est. *Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum.* (*Ephes. v.* [3.])

FOrnicátio autem aut [64] omnis immundícia, aut avarícia, nec nominétur in vobis, sicut decet sanctos. [℟. Deo grátias.][65]

AS:179; 1519:169v; 1531:103v.[66]

Resp. VIII.



SErvus tu- us 7645.

*Chorus prosequatur totum responsorium.*



* e-go sum †Da michi intel-léctum Dó-mi-ne.

*Clericus.*



7645a. ℣. Ut discam mandá-ta tu- a. †Da. ℣. Gló-ri- a



Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Servus.

℣. Ipse liberávit me. 872.

## ℂ Ad nonam.

AS:179; 1519:169v; 1531:103v.[67]

2009. Ant. I.i.



CUm immúndus spí-ri-tus * ex-í- e-rit ab hómi-ne :



ámbu- lat per lo-ca in-aquó-sa que-rens réqui- em et



non invé-nit. *Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum.* (*Ephes. v.* [5.])

HOc autem scitóte [68] fratres intelligéntes quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus quod est idolórum sérvitus : non habet hereditátem in regno Christi et Dei.

AS:179; 1519:169v; 1531:103v.[69]

Resp. II.



SEpti- es in di- e 7639.

*Chorus totum prosequatur.*



* laudem di-xi ti-bi Dó-mi- ne. †De- us me- us



ne per- das me.

*Clericus.*

 7639a.

℣. Errá- vi si-cut o-vis que pe-rí- e-rat : re-quíre servum



tu- um Dómi- ne : qui- a mandá-ta tu- a non sum ob-



lí- tus. †De- us.

℣. Glória. 93*. Sépties.

℣. Scápulis suis. 876.

℄ *Hec ℟. predicta super horas* [*quotidie*][70] *supradicto modo per xv. dies dicantur.*

## ℄ *Ad* [*ij.*] *vesperas.*

*Ant.* Sede a dextris. [311].

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

[*104r.*] *Cap.* Estóte [imitatóres].[71] 969.

AS:179; 1519:170r; 1531:104r.[72]

6622.



*Chorus prosequatur.*







*Clericus.*

6622a.









*Chorus repetatur ℟.*




*Hoc predictum ℟. dicatur quotidie ad vesperas per hanc ebdomadam quando de feria agitur.*

*Hymnus.* Ecce tempus idóneum. 970.

℣. Angelis suis [Deus mandávit de te].[73] 861.

AS:180; 1519:170r; 1531:104r.[74]




*Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.* Quésumus omnípotens Deus. 972.

*Supradictus ordo hymnorum hujus dominice servetur per quindecim dies : &c.*

# [*Feria secunda.*

## *Ad matutinas.*]

*Feria ij. et quotidie per ebdomadam dicuntur* ℣. *et* ℟. *ad matutinas secundum ordinem nocturnorum hystorie dominicalis : ita tamen quod* ℟. *ferialia non omittantur, ut supra dictum est in prima ebdomada adventus Domini.*

*Et si nullum festum ix. lectionum per hanc ebdomadam contigerit : tunc primum* ℟. *feriale : scilicet* Iste est frater. *erit tertium in quarta feria et alia duo* ℟. *ferialia in sabbato dicuntur. Si aliquod festum ix. lectionum in aliqua feria per hanc ebdomadam contigerit, tunc primum* ℟. *feriale erit tertium quando primo dicitur de iij. nocturno, et alia duo responsoria ferialia dicuntur quando ultimo dicitur de feria per [hanc]*[75] *ebdomadam. Si autem tantum iij. ferie per hanc ebdomadam vacaverint, tunc primum* ℟. *feriale erit tertium quando de ij. nocturno dicitur, et alia duo* ℟. *ferialia dicuntur loco octavi et noni* ℟. *quando ultimo dicitur de feria. Si vero nullum festum ix. lectionum per hanc ebdomadam contigerit : tunc dicetur primum* ℟. *in quarta feria et alia duo in sabbato*[76] *: ut supra dictum est.*

*Lectio prima.* (*Gen. xxxvij.* [17.])[77]

PErréxit ergo Joseph post fratres suos : et invénit eos in Dóthaim. Qui cum vidíssent eum procul, ántequam accéderet ad eos : cogitavérunt eum occídere, et mútuo loquebántur : Ecce somniátor venit. Veníte occidámus eum et mittámus in cistérnam véterem : dicemúsque fera péssima devorávit eum, et tunc apparébit quid prosint illi sómnia sua. Tu autem.

*Lectio secunda.* [*Gen. xxxvij.* 21.]

AUdiens autem hoc Ruben : nitebátur liberáre eum de mánibus eórum, et dicébat, Non interficiátis ánimam ejus, nec effundátis sánguinem : sed projícite eum in cistérnam hanc que est in solitúdine, manúsque vestras serváte innóxias. Hoc autem dicébat, volens erípere eum de mánibus eórum : et réddere patri suo. Conféstim ígitur ut pervénit ad fratres : nudavérunt eum túnica talári et polimíta, miserúntque in cistérnam que non habébat aquam. Et sedéntes ut coméderent panem : vidérunt viatóres Ismaelítas veníre de Gálaad, et camélos eórum portántes

arómata et resínam et stacten in Egýptum. Tu.

*Lectio tertia.* (*Gen. xxxvij.* 26.)

DIxit ergo Judas frátribus suis, Quid nobis prodest si occidérimus fratrem nostrum, et celavérimus[78] sánguinem ipsíus ? Mélius est ut venundétur Ismaelítis, et manus nostre non polluántur : frater enim et caro nostra est. Acquievérunt fratres sermónibus ejus : et pretereúntibus Ismaelítis negociatóribus, extrahéntes Joseph de cistérna vendidérunt eum Ismaelítis : trigínta argentéis. Qui duxérunt eum in Egýptum. Reversúsque Ruben ad cistérnam non invénit púerum : et scissis véstibus pergens ad fratres suos, ait, Puer non compáret : et ego quo ibo ? Tulérunt autem túnicam ejus, et in sánguine hedi quem occíderant, tinxérunt : mitténtes qui ferrent ad patrem, et dícerent, Hanc invénimus : vide utrum túnica fílii tui sit, an non. Quam cum agnovísset pater : ait, Túnica fílii mei est, fera péssima cómedit eum : béstia devorávit Joseph. Tu autem.

## [*In laudibus.*]

AS:180; 1519:170v; 1531:104r.[79]

Ant. I.i.



A - men di-co vo-bis * qui- a nemo prophé-ta ac- 1380.



céptus est in pá-tri- a su- a. *Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.*

COrdibus nostris quésumus Dómine grátiam tuam benígnus infúnde : ut sicut ab escis corporálibus[80] abstinémus, ita quoque sensus [81] nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per [Dóminum].[82]

## ℂ Ad iij.

*Capitulum.* (*Esaie j.* [16.])

LAvámini, mundi estóte, auférte malum cogitatiónum vestrárum ab óculis meis : quiéscite ágere pervérse, [et][83] díscite benefácere.

℟. Bonum. 1000.

## ℂ Ad vj.

*Capitulum.* (*Esaie j.* [17.])

QUérite judícium, subveníte opprésso, judicáte pupíllo, deféndite víduam : et veníte et argúite me dicit Dóminus.

℟. Servus. 1001.

## ℂ Ad nonam.

*Capitulum.* (*Esaie j.* [18.])

[*104v.*] SI fúerint peccáta vestra ut cóccinum quasi nix dealbabúntur, et si fúerint rubra quasi vermículus : velut lana alba erunt.

*Hec capitula predicta dicuntur super horas in feriis usque ad passionem Domini : quando de feria agitur.*

## ℂ Ad vesperas.

AS:180; 1519:170v; 1531:104v.

3485. Ant. I.i.



*Oratio.*

SUbvéniat nobis quésumus Dómine misericórdia tua : ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. [84] Per Dóminum nostrum.

# ℭ *Feria tertia.*

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima.* (*Gen. xxxix.* 1.)

IGitur Joseph ductus est in Egýptum : emítque eum Phútiphar eunúchus Pharaónis princeps exércitus, vir Egýptius de manu Ismaelitárum, a quibus perdúctus erat. Fuítque Dóminus cum eo : et erat vir in cunctis próspere agens. Habitabátque in domo dómini sui, qui óptime nóverat esse Dóminum cum eo : et ómnia que géreret ab eo dírigi in manu illíus. Invenítque Joseph grátiam coram dómino suo, et ministrábat ei : a quo prepósitus ómnibus gubernábat créditam sibi domum, et univérsa que ei trádita fúerant. Benedixítque Dóminus dómui Egýptii propter Joseph, et multiplicávit tam in édibus quam in agris cunctam ejus substántiam : nec quicquam áliud nóverat, nisi panem quo vescebátur. Tu autem.

*Lectio secunda.* [*Gen. xxxix.* 6.]

ERat autem Joseph pulcher fácie : et decórus aspéctu. Post multos vero dies, injécit dómina sua óculos in Joseph : et ait, Dormi mecum. Qui nequáquam acquiéscens óperi nephário : dixit ad eam, Ecce dóminus meus ómnibus michi tráditis, ignórat quid hábeat in domo sua : nec quicquam est quod in mea non sit potestáte, vel non tradíderit michi preter te que uxor ejus es. Quómodo ergo possum malum hoc fácere, et peccáre in Dóminum meum ? Hujuscémodi verbis per síngulos dies et múlier molésta erat adolescénti : et ille recusábat stuprum. Accídit autem ut quadam die intráret Joseph domum, et óperis quíppiam absque arbítris fáceret : et illa apprehéndens lacíniam vestiménti ejus díceret : Dormi mecum. Qui relícto in mánibus ejus pállio : fugit, et egréssus est foras.

*Lectio tertia.* [*Gen. xxxix.* 13.]

CUnque vidísset múlier vestem in mánibus suis, et se esse contémptam : vocávit hómines domus sue, et dixit ad eos, En introdúxit virum Hebréum : ut illúderet nobis. Ingréssus est ad me, ut coíret mecum. Cunque ego succlamássem, et audísset vocem meam : relíquit pállium quod tenébam : et fugit foras. In arguméntum ergo fídei reténtum pállium osténdit maríto reverténti domum : et ait, Ingréssus est ad me servus Hebréus quem duxísti : ut illúderet michi. Cunque audísset me clamáre : relíquit pállium, et fugit foras. His audítis dóminus, et nímium crédulus verbis cónjugis, irátus est valde : tradidítque Joseph in cárcerem, ubi vincti regis custodiebántur, et erat ibi clausus. Fuit autem Dóminus cum Joseph : et misértus illíus, dedit ei grátiam in conspéctu príncipis cárceris. Qui trádidit in mánibus ipsíus univérsos vinctos : qui in custódia tenebántur. Et quicquid fiébat sub ipso erat : nec nóverat áliquid cunctis ei créditis. Dóminus enim erat cum illo : et ómnia ópera ejus dirigébat.

AS:180; 1519:171r; 1531:104v.[85]

4888. Ant. I.i.




*Oratio.*

EXáudi nos omnípotens et miséricors Deus : et continéntie salutáris propítius nobis dona concéde. Per [Dóminum].[86]

## Ad vesperas.

AS:180; 1519:171r; 1531:104v.[87]

Ant. IV.v.



U - bi du-o vel tres * congre-gá-ti fú-e-rint in nómi- 5258.



ne me- o : in mé-di- o e-ó-rum sum di-cit Dómi-nus.



*Ps.* Magníficat. 60*.

*Oratio.*

TUa nos Dómine protectióne defénde : et ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum nostrum.

# Feria quarta.

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima.* (*Gen. xl.* [1.])

ACcidit ergo ut peccárent duo eunúchi, pincérna regis Egípti : et pistor suo dómino. Irátusque contra eos Phárao (nam alter pincérnis préerat alter pistóribus :) misit eos in cárcerem príncipis mílitum, in quo erat vinctus et Joseph. At custos cárceris trádidit eos Joseph : qui et ministrábat eis.
[*105r.*] Aliquántulum témporis flúxerat : et illi in custódia tenebántur. Vidérúntque ambo sómnium nocte una : juxta interpretatiónem cóngruam sibi. Ad quos cum introísset Joseph mane et vidísset eos tristes : sciscitátus est dicens, Cur trístior est hódie sólito fácies vestra ? Qui respondérunt, Sómnium vídimus : et non est qui interpretétur nobis.

*Lectio ij.* [*Gen. xl.* 8.]

DIxítque ad eos Joseph, Nunquid non Dei est interpretátio ? Reférte michi quod vidéritis. Narrávit prior prepósitus pincernárum sómnium suum. Vidébam coram me vitem, in qua erant tres propágines créscere paulátim in gemmas, et post flores uvas maturéscere, calicémque regis in manu mea. Tuli ergo uvas, et expréssi in cálicem quem tenébam : et trádidi póculum Pharaóni. Respóndit Joseph, Tres propágines, tres adhuc dies sunt post quos recordábitur Phárao ministérii tui, et restítuet te in gradum prístinum : dabísque cálicem regi juxta offícium tuum sicut fácere ante consuéveras. Tantum meménto mei dum bene tibi fúerit : quia ínnocens in lacum missus sum. Videns pistórum magíster quod prudénter sómnium dissolvísset : ait, Et ego vidi sómnium quod habérem tria canístra faríne super caput meum, et in uno canístro quod erat excélsius, portáre me omnes cibos qui fiunt arte pistória : avésque comédere ex eo. Respóndit Joseph, Hec est interpretátio sómnii. Tria canístra tres adhuc dies sunt, post quos áuferet Phárao caput tuum, ac suspéndet te in cruce : et lacerábunt vólucres carnes tuas. Tu autem.

*Lectio tertia.* [*Gen. xl.* 20.]

EXínde dies tértius natalícius erat Pharaónis. Qui fáciens grande convívium púeris suis, recordátus est inter épulas magístri pincernárum, et pistórum príncipis, restituítque álterum in locum suum ut porrígeret ei póculum : álterum suspéndit in patíbulo, ut conjectóris véritas probarétur. Et tamen succedéntibus prósperis : prepósitus pincernárum oblítus est intérpretis sui.

(*Gen. xlj.*) Post duos annos : vidit Phárao sómnium. Putábat se stare super flúvium de quo ascendébant septem boves pulchre et crassse nimis : sequebantúrque álie septem fede et maciléntе. Misit ergo rex ad sapiéntes Egýpti : nec erat qui interpretarétur. Tunc demum reminíscens magíster pincernárum ait, Confíteor peccátum meum. Irátus rex servis suis : me et magístrum pistórum misit in cárcerem. Erat autem ibi puer Hebréus cui narrántes sómnia nostra : audívimus quod póstea probávit rei evéntus. Tu.

AS:180; 1519:171r; 1531:105r.

Ant. VIII.i.



AUdí-te * et intel-lí-gi-te tra-di-ti- ónes quas Dó- 1522.



mi-nus de-dit vo-bis. *Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.*

PResta nobis quésumus Dómine, ut salutáribus jejúniis [et oratiónibus][88] erúditi : a nóxiis quoque víciis abstinéntes, propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum.

## ℭ *Ad vesperas.*

AS:181; 1519:171r; 1531:105r.[89]

Ant. VII.i.



Non lo-tis má-ni-bus * mandu-cá- re non co- ínqui- 3922.



nat hómi-nem. *Ps.* Magníficat. 67*.

*Oratio.*

COncéde quésumus omnípotens Deus, ut qui protectiónis tue grátiam quérimus : liberáti a malis ómnibus secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

# ℭ *Feria quinta.*

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima.* (*Gen. xlj.* [14-43. *omissis nonnullis.*][90])

EDúctus[91] ítaque Joseph de cárcere : stetit coram Pharaóne. Cui cum rex sómnia retulísset : respóndit dicens, Septem boves pulchre et septem spice plene : septem ubertátis anni sunt. Septem autem maciléntе : septem anni sunt ventúre famis. Septem enim anni vénient magne fertilitátis : quos mox sequéntur septem anni magne sterilitátis. Nunc ergo provídeat rex virum sapiéntem, et preficiat eum terre Egýpti : ut quinta pars frúctuum annis sterilitátis servétur. Tulit autem rex ánulum de manu sua, et dedit in manu Joseph : fecítque eum sédere in curru suo, ut eum scirent esse prepósitum univérse terre Egýpti. Tu autem.

*Lectio secunda.* (*Gen. xlij.* [3-13. *omissis nonnullis.*][92])

DEscendérunt ígitur fratres Joseph in Egýptum cum áliis qui pergébant ad eméndum : prevalúerat enim fames in omni terra. Cunque adorássent eum fratres sui et ille agnovísset eos, cum illi eum non cognovíssent : quasi ad aliénos dúrius loquebátur, intérrogans eos, Unde venístis ? Qui respondérunt, De terra Chánaan : ut emámus víctui necessária venímus. Recordátus ítaque[93]
[*105v.*] somniórum que olim víderat : ait ad eos, Per salútem Pharaónis exploratóres estis : ut videátis infirmióra terre venístis. Non est ita (ínquiunt) dómine, sed nos servi tui omnes sumus fílii viri unius : pacífice venímus, nec quicquam fámuli tui machinántur mali. Duódecim (ínquiunt) servi tui fratres sumus : fílii viri unus. Mínimus cum patre nostro est : et álius non est super. Tu autem [Dómine miserére nostri].[94]

*Lectio tertia.* [*Gen. xlij.* 14.]

DIxit autem Joseph ad fratres suos, Hoc est quod locútus sum, exploratóres estis : et jam nunc experiméntum vestri cápiam. Per salútem Pharaónis non egrediémini hinc : donec véniat frater vester mínimus. Míttite e vobis unum et addúcat eum, vos autem éritis in

vínculis donec probéntur que dixístis : utrum falsa an vera sint. Alíoquin : per salútem Pharaónis exploratóres estis. Trádidit autem Joseph fratres suos in custódiam tribus diébus : die autem tértio edúctis de cárcere ait, Fácite quod dixi et vivétis : Deum enim tímeo. Si pacífici estis, unus ex vobis hic religétur : vos autem ábite et ferte fruménta in domos vestras, et fratrem vestrum mínimum addúcite ad me, ut possim vestros probáre sermónes, et non moriámini. Fecérunt ut díxerat : et locúti sunt adínvicem, Mérito hec pátimur, quia peccávimus in fratrem nostrum : ídeo venit super nos ista tribulátio.

## *In laudibus.*

AS:181; 1519:171v; 1531:105v.[95]

Ant. VIII.i.



O-pe-rá-mi-ni * non ci-bum qui pe-rit : sed qui 4161.



pérma-net in vi-tam e-térnam. *Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.*

COncéde quésumus omnípotens Deus : ut jejuniórum nobis sancta devótio et purificatiónem tríbuat, et majestáti tue nos reddat accéptos. Per Dóminum.

## ℂ *Ad vesperas.*

AS:181; 1519:171v; 1531:105v.[96]

Ant. VII.ii.



Pa-nis e-nim De-i est * qui descéndit de ce-lo : et 4209.



dat vi-tam mundo. *Ps.* Magníficat. 67*.

*Oratio.*

SUbjéctum tibi pópulum quésumus Dómine propiciátio celéstis amplíficet : et tuis semper fáciat inherére mandátis. Per Dóminum.

# ¶ *Feria sexta.*

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima.* (*Gen. xlij.* [23.])

NEsciébant ígitur fratres Joseph quod ille intellexísset sermónes eórum : quia per intérpretem loquebátur ad eos. Cunque dixíssent, mérito hec pátimur quia peccávimus in fratrem nostrum, avértit se parúmper et flevit : et revérsus locútus est ad eos. Tollens autem Symeónem ligávit eum illis preséntibus : jussítque minístris ut implérent saccos eórum trítico, et repónerent pecúnias singulórum in saccis, datis ínsuper cibáriis in via. Veniéntes autem ad Jacob patrem suum : narravérunt ei ómnia que accíderant. Locútus est nobis (ínquiunt) dóminus terre illíus dure : et putávit nos exploratóres províncie. Cui nos respóndimus, Pacífici sumus : nec ullas molímur insídias. Duódecim enim fratres sumus uno patre géniti : mínimus est cum patre, álius non est super. Ait nobis, Non vidébitis fáciem meam : nisi fratrem vestrum mínimum adduxéritis vobíscum.

*Lectio secunda.* [*Gen. xliij.* 6.]

DIxit autem Jacob ad fílios suos, In meam misériam hoc fecístis, quia et álium vos fratrem habére indicástis. Nunc autem quia sic necésse est : fácite quod vultis. Deus autem omnípotens fáciat eum vobis placábilem, et remíttat et hunc fratrem vestrum vobíscum, et eum quem tenet in vínculis : ego autem quasi orbátus líberis ero. Tulérunt ergo múnera et Bénjamin, et descendérunt in Egýptum : et stantes coram Joseph adoravérunt proni in terram. Quos cum ille vidísset et

Bénjamin simul : precépit dispensatóri domus sue dicens, Intróduc viros domum, et occíde víctimas : quia mecum sunt comestúri merídie.

*Lectio iij.* [*Gen. xlv.* 2.]

ELevávit autem Joseph vocem cum fletu (non enim póterat se ultra cohíbere :) et dixit frátribus suis, Accédite ad me : ego enim sum Joseph frater vester, quem vendidístis in Egýptum. Vívit ne[97] adhuc pater noster ? Non póterant ígitur respóndere fratres : nímio terróre pertérriti. Ad quos ille cleménter ait, Nolíte pavére, nec durum vobis videátur quod me vendidístis in his regiónibus : pro salúte enim vestra misit me Deus ante vos in Egýptum. Non vestro sed Dei huc missus sum consílio, qui me fecit quasi patrem Pharaónis : et dóminum univérse domus ejus. Festináte et addúcite huc patrem meum : quia adhuc ventúre famis anni quinque restant.

AS:181; 1519:171v; 1531:106r.

Ant. III.iv. 2394. [106r.]




*Oratio.*

JEjúnia nostra quésumus Dómine benígno favóre proséquere : ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore, ita a víciis jejunémus in mente. Per Dóminum.

## ℭ *Ad vesperas.*

AS:181; 1519:171v; 1531:106r.

5367. Ant. VIII.i.




*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

# ℭ *Sabbato.*

## [*Ad matutinas.*]

*Lectio prima.* (*Gen. xlvj.* [1.])

VEnit autem Jacob cum ómnibus que habébat ad púteum juraménti : mactatísque ibi víctimis Deo, audívit Dóminum in nocte dicéntem sibi, Ne tímeas descéndere in Egýptum. Fáciam enim te ibi in gentem magnam : et Joseph ponet manum suam super óculos tuos. Misit autem Israel Judam fílium suum ante se ad Joseph : ut nunciáret ei et occúrreret in Gessen. Quo cum pervenísset, juncto Joseph curru suo ascéndit óbviam patri suo ad eúndem locum. Vidénsque eum írruit super collum ejus : et inter ampléxus flevit. Dixítque pater ad Joseph, Jam letus móriar : quia vídeo fáciem tuam, et supérstitem te derelínquo. Dixit autem Phárao ad Joseph, Pater tuus et fratres tui venérunt ad te. Terra Egýpti in conspéctu tuo est, in óptimo loco fac eos habitáre : et trade eis terram Gessen, et constítue eos magístros pécorum meórum.

*Lectio ij.* [*Gen. xlvij.* 27, *xlix.* 1-7.]

HAbitávit ergo Israel in Egýpto id est in terra Gessen, et possédit eam : auctúsque est et multiplicátus nimis : et vixit in ea decem et septem annis. Facti sunt autem omnes dies vite Israel : centum quadragínta septem annórum. Cum ergo cérneret appropinquáre diem mortis sue : vocávit fílios suos, et dixit eis, Congregámini fílii Israel : et audíte Jacob patrem vestrum. Ruben primogénitus meus : tu fortitúdo mea et princípium dolóris mei. Prior in donis : major império. Effúsus es sicut aqua, non crescas, quia ascendísti cúbile patris tui : et maculásti stratum ejus. Sýmeon et Levi fratres vasa iniquitátis bellántia : in consílium illórum non véniat ánima mea, quia in furóre suo occidérunt virum, et in voluntáte sua suffodérunt murum. Maledíctus furor eórum quia pértinax : et indignátio eórum quia dura, Dívidam eos in Jacob : et dispérgam eos in Israel.

*Lectio tertia.* [*Gen. xlix.* 8.]

JUda, te laudábunt fratres tui : manus tua in cervícibus inimicórum, adorábunt te fílii patris tui. Cátulus leónis Juda, ad predam fili mi ascendísti : requiéscens accubuísti ut leo, et quasi leéna quis suscitábit eum ? Non auferétur sceptrum de Juda et dux de femóre ejus, donec véniat qui mitténdus est : et ipse erit expectátio géntium. Ligans (inquit Jacob) ad víneam pullum suum : et ad vitem o fili mi ásinam suam. Lavábit vino stolam suam : et sánguine uve pállium suum. Pulchrióres sunt óculi ejus vino : et dentes ejus lacte candidióres. Zábulon in lítore maris habitábit, et in statióne návium : pertíngens usque ad Sydónem. Isachar ásinus fortis áccubans inter términos, vidit réquiem quod esset bona, et terram quod esset óptima : et suppósuit húmerum suum ad portándum, factúsque est tribútis sérviens. Tu autem.

AS:181; 1519:172r; 1531:106r.

Ant. I.v.



INcli-ná-vit * se Je-sus et scri-bé-bat in terra : 3320.



Si quis si-ne peccá-to est, mit-tat in e-am lá-pi-dem.



*Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui affligéndo carnem ab aliméntis ábstinent, sectándo justíciam a culpa jejúnent. Per Dóminum nostrum.

## Notes, pages 965-1020.

[1] SB:dcxlv.
[2] SB:dcxlvii.
[3] SB:dcxlvii.
[4] SB:dcxlvii. 'S. Gregorii papae. Inferius Duplex. Ad Vesperas Capitulum *Ecce sacérdos.* In Laudibus capitulum *Benedictiónem.*' Crede Michi, 1495. [SB:dcxlvii.]
[5] SB:dcxlvii.
[6] '*nichil de Vigilia*' Chevallon. per incuriam. [SB:dcxlvii.]
[7] SB:dcxlvii.
[8] 'in Sabbato.' *Portiforium* 1525-6. [SB:dcxlvii.]
[9] SB:dcxlvii.
[10] SB:dcxlix.
[11] 'Feria vi. . . . sabbato.' non habet Portiforium, 1525-6. [SB:dcxlix.]
[12] SB:dcxlix.
[13] 'tertiam' *Chevallon.* [SB:dcxlix.]
[14] SB:dcxlix.
[15] Nota quod in quolibet anno, tam communi quam bissextili, sub littera dominicali 𝔉. erit festum S. Mathie in die lune. [SB:dcxlix.]
[16] SB:dcli.
[17] SB:dcli.
[18] SB:dcli.
[19] 'Misértus est enim'. 1531:101r.
[20] In many of the Sarum hymnals the third neume is simply B. In 1519:162v. 'offéndimus' is set D.CB.A.G.
[21] 1519:162v.
[22] 1519:163r.
[23] In 1519:163r. at 'Sancte Deus' 'De-' begins two notes earlier, but only in its first statement. This must be an error. In AS:170. 'cordis' is set AA.B. In AS:170 'juste' is set DGGA.G.
[24] 1519:163v.
[25] 1519:163v.
[26] BL-52359:115v. has no flats; 'omnes' is set FGAGAB.ACBCDC. In PEN:76v. the flat extends to 'omnes'.
[27] 1519:163v.
[28] In 1519:164r. the melody is set a fifth higher, in the C-clef; 'ómnium' is set DE.DD.C. In stanza iv. 1519:164r. has 'persimónie'; the Sarum hymnals have 'parcimónii'. In stanza i, line 3, SB:dcliv. replaces 'Quo' with 'Quod'.
[29] 'séxdecim'. 1519:164r.

[30] 1531:101v. has 'Vidéntes autem Joseph'. In 1519:164r. 'cunque' begins AC. In BL-52359:116r. 'longe' is set CD.DFDEDCDC; 'mútuo' is set D.DC.C; 'sompniátor' is set GA.GF.FG.F; no flat appears at 'illi'. In PEN:77r. 'occidámus' is set F.A.CD.CDC.

[31] 'abiíset' *Chevallon.* [SB:dclv.] 1531:101v. has 'ad fratres suos ait'. In BL-52359:116v. 'venundétur' is ste AG.FG.GACBC.AG; 'polluántur' is set D.D.D.FDEFE. In PEN:77r. 'Dixit' is set CB.CD.

[32] 1519:164v. has no flat at 'nóluit eos audíre' or at 'Spirítui'. In 1519:164v. 'et Spirítui' is set GA BC.CB.DFE.DED. PEN:78v. introduces the flat earlier, at 'et Fílio'. BL-52359:116v. has no B♭s. In BL-52359:116v. 'sua' is set 'DGDC.DDC; 'meum' is set CCBC.GACCAC; 'autem' is set E.D; 'nóluit audíre' is set G.A.C Dc.DF.E; 'et Spirítui' is set GA BC.CB.DFE.DED; in the week-day verse 'et' is set C. In PEN:77r. the second 'Joseph' is set GA.CCBEDEDCDDC; a flat appears at 'et Fílio'.

[33] 'Sermo ex commentario beati Johannis episcopi'. 1519:165r.

[34] 1531:102r. indicates 'Lectio prima'.

[35] 'tantum' *Chevallon.* [SB:dclvii.]

[36] SB:dclvii. has 'lacéssunt' with the following note: 'lacéscunt' *Chevallon.*

[37] 1531:102r. has 'non nóverat audívit'. In 1519:165r. 'serviérunt' has no flat. BL-52359:117r. has no flat at 'audívit'; 'serviérunt' is set A.CACDCAB♭A.B♭A; 'inter' is set F.A.

[38] 1531:102v. has 'et restítuet', not 'ut révocet'. In 1519:165v. 'bene' is set A.GAGF; 'furtim' begins CDc. In BL-52359:117r. 'súggeras' is set DG.GF.EFG; 'pharaóni' is set GFFE.DC.DEFEDE.ED; 'quia' is set CB.CD; 'in' is set Ag. In PEN:77v. 'quia' is set CB.CD.

[39] 'Dicet', SB:dclxi.

[40] In AS:173 'et Spirítui' is set Gf G.GA.CBA.C. BL-52359:117r. has no flat at vobis; 'ejus exquíritur' is set C.BCACG.BGAGFFDED GACBABCBA.G.GCBAGA.AG. In PEN:78r. 'vobis' has no flat.

[41] 1519:166r.

[42] '*Omelia*', 1519:166r.

[43] *Bede* in Lucam IV. *Opera* V. 338. [SB:dclxiii.]

[44] In BL-52359:117v. 'nostrum' is set GABAGA.AGABA; 'ánime ejus' is set FGABA.AG.DCBCBAG AGAGFG.GF; 'deprecarétur' is set F.F.GAG.A.G.

[45] SB:dclxiii. has 'vel que'.

[46] *Breviarium* 1516:106r. 1531:103r. has 'Achaion'. 'Accaron' *Beda.* [SB:dclxiii.]

[47] SB:dclxiv. has 'fáciat eum placábilem'. In BL-52359:118r. 'vobíscum' is set GA.G.GAC; no flat appears at 'invenéritis'; 'autem' is set F.Fe; 'et eum' is set BC DEDE.CD. In PEN:78v. the first 'et' is set DEDE. PEN:78v. omits the fourth 'et' and its neume.

[48] 1531:103v. has 'frátribus suis : dixit'. BL-52359:118r. has no flat at 'Joseph'; 'timére' is set BG.AAGA.FE; 'salúte' is set G.A.DFEFGEDFFD. PEN:78v. has no flat at 'Joseph'; 'Dóminus' has no flat. In AS:175. 'dixit' is set DEFEF.ED.

[49] In BL-52359:118r. 'mínimus' is set ED.CD.DCBCBAGAG; 'erumpébant' is set G.A.CD.DCDCCB; 'óculos' is set C.C.C.
[50] 1531:103v. has 'frátribus suis, ego'. In 1519: 'ego' is set DE.D.
[51] 1531:103v. has 'ipse dominábitur' and 'fílius ejus'. In BL-52359:118v. 'dicéntes' is set A.CD.DFDEDCDC.
[52] In 1519:168r. 'benígne' is set A.GCb.C. In BL-52359:118v. no neume appears for the fourth syllable of 'edificéntur'.
[53] In BL-52359:119r. 'nostri' is set A.G.
[54] AS:177. has no flat. In 1519:168r. 'ignis' is set Gf.D. In BL-52359:119r. 'ignis' is set G.DG.
[55] 1519:168v.
[56] for stanza 2, 'castrimárgia': *Sic legitur pro* gastrimárgia. Videas *Daniel* Thesaur. Hymnol. I. 5. [SB:dclxvi.] 1519:168v and HS-1518:39v. have no flats.
[57] 1519:168v.
[58] 1531:103v. has 'Jesus autem cum'.
[59] 1519:168v.
[60] In 1519:168v. 'venit' is set GACG.A. In BL-52359:119. 'venit' is set GABAG.A.
[61] 'Cum fortis', 'ea que', *Vulgate*. In 1519:169r. 'armátus' is set GACb.BC.C. In BL-52359:119r. 'armátus' is set GAC.BC.C.
[62] 1519:169r.
[63] In 1519:169r the chorus enters at the second word, 'michi'; 'auri' is set CDEd.D. In 1519:169r. 'plasmavérunt'is set Fe.FG.FE.D.DE. In BL-52359:119r. 'humiliásti' is set F.FE.CD.D.DEFEF; 'tui' is set FED.DF; 'mília auri' is set F.FED.DFDCCA CDE.D.
[64] 'et'. 1519:169v.
[65] 1519:169v.
[66] 'Ut sciam', *Vulgate*. In 1519:169v. the chorus enters at the second word, 'tuus'. In BL-52359:119v. 'intelléctum' is set A.CB.G.GACBABCBA.
[67] In BL-52359:119v. 'hómine' is set F.GA.G; 'réquem et' is set FFG.F.F EF.
[68] 'Hoc scitóte'. 1519:169v.
[69] In 1519:169v. 'laudem' is set F.F; the first 'Dómine' is set FFED.CD.D; 'perdas' is set CDFFDECDFEFGFEDEFDECCb.CDFe; 'períerat' is set EF.D.DED.DC. In BL-52359:119v. 'die' is set FED.ED; the first 'Dómine' is set FFED.CD.D; 'Deus' is set DEFED.CDCCA; 'perdas' is set CDFFDECDFEFGFEDEFDECDc.DEFe.
[70] 1519:170r.
[71] 1519:170r.
[72] In 1519:170r. the chorus enters at 'de cárcere'.
[73] 1519:170r.
[74] 1531:104r. omits 'ei'.
[75] 1519:170v.

[76] 'Si vero nullum festum ix. lectionum per hanc ebdomadam contigerit : tunc primum responsorium feriale erit tertium in quarta feria : alia duo responsoria ferialia in sabbato dicantur.' 1519:170v.

[77] '*Gen.* 17.' *Chevallon.* [SB:dclxix.]

[78] 'zelavérimus' *Chevallon.* [SB:dclxx.]

[79] BL-52359:120r. has 'est accéptus', set F F.FG.F.

[80] 'carnálibus'. 1519:170v.

[81] 'sensus quoque'. 1519:170v.

[82] 1519:170v.

[83] 1519:170v.

[84] 'te mereámur protegénte salvári'. 1519:171r.

[85] 1519:171r. and BL-52359. have 'quodcúnque pecíerint'. 1519:171r. and BL-52359 have the following:




[86] 1519:171r.

[87] In 1519:171r. 'nómine' is set AC.B.C.

[88] 1519:171r.

[89] In 1519:171r. the second 'non' is set D.

[90] SB:dclxxv.

[91] 'Addúctus', *Legend*-1518:103v.

[92] SB:dclxxvi.

[93] 'Recordatúsque', *Vulgate.*

[94] SB:dclxxvi.

[95] BL-52359:121r. hs no flat.

[96] 1531:105v. and the *Vulgate* have 'de celo descéndit'.

[97] SB: dclxxviii. has 'Vívitne' with the note: "'Vivit ne' (*separatim*) *Chevallon.*"